



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XIV. Visitationes frequentes esse oportere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

immemorabilibus. Si vero in aliqua provincia ecclesia tanta paupertate laborent, ut collegium in aliquibus erigi non possit: Synodus provincialis, vel Metropolitanus cum duobus antiquioribus suffraganeis in ecclesia Metropolitana, vel alia provincia ecclesie commodiori vnum, aut plura collegia, prout opportunum iudicabit, ex fructibus duarum, aut plurium ecclesiarum, in quibus singulis collegium commode institui non potest, erigenda curabit, ubi pueri illarum Ecclesiarum educantur. In ecclesiis autem, amplas dioceses habentibus, possit Episcopus vnum, vel plura in diocesi, prout sibi opportunum videbitur, habere seminaria: quæ tamen ab illo vno, quod in ciuitate erectum, & constitutum fuerit, in omnibus dependant. Postremo, si vel pro vnionibus, seu proportionum taxatione, vel assignatione, & incorporatione, aut qualibet aliaratione difficultatem aliquam oriri contigerit, ob quam huius seminarii institutio, vel conseruatio impediretur, aut perturbaretur: Episcopus cum supra deputatis, vel Synodus provincialis pro regionis more, pro ecclesiarum, & beneficiorum qualitate, etiam supra scripta, si opus fuerit, moderando, aut augendo, omnia & singula, quæ ad felicem huius seminarii profectum necessaria, & opportuna videbuntur, decernere, ac prouidere valeat.

Seminario-
rum profe-
ctus.

§. 9. Maximas illa res Germaniæ utilitates attulit, eaque re multas Germaniæ Ecclesias Gregorius XIII. restituit. Nunc vero ita seminaria profecerunt, ut cum initio pueri duodennes admitterentur, vel citum est ex concilio, tandem eo sit ventum, ut etiam philosophiæ studiosi, & Theologiæ recipientur, in quibus tanto maior est utilitas, quanto celerius in messum domini admitti possunt.

Ocioforum
beneficia in
seminaria
conferenda.

In ditione Mediolanensi omnium beneficiorum decimas, etiam mensarum Episcopatum eo reuerunt, sed in plerisque locis tot beneficia detinentur ab ociosis, ut facile confici sumptus possit.

In eadem ditione singulis mensibus Episcopus seminariis visitat. Concil. Med. 2. decreto 26. & 5. conc. iubetur duos canonicos eligere, quorum consilio in administratione utatur.

Sine semi-
nario cleri-
corum Eccle-
sia consistere
vix possit.

Concilium Aquileiense anno 1596. celebratum existimat, sine seminario clericorum hoc tempore consistere Ecclesiam vix posse. Seminariorum, inquit, institutionem, conseruationem, & promotionem in Dei Ecclesia summe fructuosam, quo clericali militia propagatur ordo, & progressio, tantopere necessariam, ut stare Ecclesiastica disciplina, sine illorum subsidio, & adminiculo vix possit, in provincia Aquileiensi ciuitatibus audiuimus, & incredibili iucunditate vidimus; doluimus autem Metropolitanam Ecclesiam nostram propter maximas difficultates hactenus seminario caruisse, quo tamen modo latamur, nunc ita carere, ut habere pene dici possit.

Vbi disci-
plina viget,
eo se appli-
cant bona
ingenia.

Atque hæc de delectu, institutioneque clericorum, in quo omnia pene sunt, poteritque integritas seruari, si modo conciliis canonicisque Episcopi obtemperant. Multæ religiones, ut Carthusienlis institutum suum tot annos inuolutum retinent, de rigore nihil remittunt, orationes priuatae manentibus publicis, quotidie crescunt, nec tamen deest illis multitudo insignium adolescentum, & virorum, quotidie angustas portas ad cælum in illa Eremita quarentium; Quid hoc prohibet fieri in Ecclesia Christi, quod fit in Carthusia, quæ est nobilis quidem, sed parua tamen portio Ecclesiæ Christi? Vnde hoc illis tam diuturnum ac perseverans bonum? Primo ex accurata regulæ suæ obseruantia, & institutione.

Si canonici
in maiore
salutis
periculo est,
quam secularis,
Ecclesiæ
inuerfus
ordo est.

Nam ubi facile, & felix iter ad æterna gaudia Deus aspiciat, eo vocat electos suos, itaque ibi gratia, ibi vitæ honestas floruit. Deinde quicunque salutis propriæ desiderio tenentur, eo, ubi illius expeditior ratio cernitur, conuolant. Hoc in Ecclesia fieri oportet, sit illa disciplinæ custodia, sacrarum legum vigila, quæ Episcopos, canonicos, omnesque in quocunque ordine constitutos facile ad virtutem indu-

cat, cæloque traducat. Sit illa Collegiorum Canonicorum facies, modestia, institutio, cura, ut facilius sit canonico saluari, quam seculari. Hoc quamdum non agitur, nunquam is fructus erit, quem Ecclesia spectauit. Nam ut nunc res habet. Quotus quisque canonicatum appetit, ut faciliorem salutis viam habeat, non autem ut quietius viuat? Si autem magno delectu in clerum admittantur, admissi summa cura ad pietatem erudiantur, incorrigibiles, aut perniciosi reiciantur, ut Ecclesiastica cærimonia, religiosa caritas, deuotioque vigeat, ad Ecclesiam salutis causa, non opum cupidine venient, eritque Clerus sanctus, & pius, monasteriorum etiam optimorum sanctitatem exuperans. Clericorum enim status dignior est, quam monachorum in Ecclesia, est & sanctior sacramento, vinam ad sua primordia reuocetur, ut sit etiam spiritalior. Nunc pro dolor in media Ecclesia, in ipso sacratio Christi, in medio sacerdotum domini mundus est; & quod dolenter dico, mundus maior periculo regnans, quam in mundo: multi enim ita Ecclesiæ opibus fruuntur, ut non fugisse mundum, sed mundum quassisse in domo patris cælestis, in crucifixi patrimonio, in sanguine eius qui vicit mundum, videantur. Vnde faculares sacerdotes, & esse & dici gaudent; merito, qui domum domini, in mundanum palatium quotidie vertunt. Verum hæc mitamus, quæ piis quotidie plangenda sunt, prælati emendanda. Aduigilant, ne per quos iustitia doceatur, per ipsos peccati morbus obrepant, & mors ad plebem pertranscat. Quod nunc pro dolor quotidie dolenter videmus, & eo dolentius, quod remedia alibi inefficacia, alibi nulla, paucis locis victricia.

Virtutis non
opum causa
ad ecclesiā
eundam.

Et sine ac-
cipiendus
canonica-
tus, quo
Carthusia-
nismus.

Ceteris sa-
cerdotum
domini
mundus est,
si pietas ab-
est.

CAPVT XIV.

Visitationes frequentes esse oportere.

§. 1. TANTA quidem est sacrorum Christianorum maiestas, ut facile homines Deo dicatos ad virtutem integritatemque adducant, nec arte opus esset, nec poena ad Christi sacerdotes regendos; quia tamen natura fragilis est, & magni interest, pietatis duces pios esse, nulla remedia spernenda sunt, quibus & religio inducatur, & foueatur, virtutis arceantur. Quorum primum esse arbitror crebras Episcoporum, aut ab eis delectorum, seriasque visitationes.

Nihil omi-
tendum quo
virtus ac-
cenditur.

§. 2. Vitas esse omnino Ecclesiarum visitationes, easque ad Episcopos pertinere omnia pene nos religionis Christianæ monumenta docent. Actorum 9. 32. Petrus transit vniuersos, & Paulus ipse tantum curæ habuit, ut conuersos inuideret, & consumaret, quantum, ut gentes conuerteret. Canon etiam S. Concilii Nicæni visitationem Episcopis committit. Athanasius Aegypti monachos visitat, anno 382. Patri modo Ecclesias suas Chrysostomus; Augustinus iussu Zosimi interiora Africa; multaque corrigit, anno 418. Cyriacus Gallias, & Hispanias anno 599. Bonifacius Gregorio promissit, se Ecclesias visitaturum, & difficultates maiores, ad pontificem remissurum anno 740. Ludouicus Archiepiscopus cum comite ad visitandum misit anno 819. Carolus anno 853. Facile enim abusus irreperunt, quos inspectio, instructio, poenæque emendant.

Visitationes
olim vti-
lissima.

Fragilis
hominum
visitatione
requiritur.

Ex antiquo vsu estigitur lex illa 10. q. 1. c. 4. Relata est coram sancta synodo querimonia plebium, quod sint quidam Episcopi nolentes ad predicandum, vel ad confirmandum suas per annum parochias circumire: qui tamen exi-
gunt, ut mansiones, quibus in processione vti debuerant, aliquo pretio redimant, qui parare debebant. Quæ duplex infamia, negligentia, & auaritia sanctæ synodo magno fuit horro-
ri. Statuerunt itaque, ne quis ultra exerceat id cupiditatis in-
genium, & ut solliciti sint episcopi de suis gregibus visitandis.

Visitatione
negligentia
& precia
requiritur.

§. 3. An-

Annua sit
visitatio.

§. 3. Annua debet esse visitatio, 10. q. 1. c. 10. Decretum, ut antiqua consuetudinis ordo seruetur, & annua vicibus ab Episcopo dioceses visitentur, & si qua forte basilica fuerit reperta destituta, ordinatori eius reparari precipiatur: quia tertia pars ex omnibus per antiquam traditionem ut accipitur ab Episcopo nouimus esse statutum.

Quod si ipse morbo detentus, aut alio modo occupatus non possit officium visitatoris præstare, alteri committendum est, 10. q. 1. c. 11. Episcopum per cunctas dioceses, parochiasque suas per singulos annos ire oportet, ut exquirat, quo vnaqueque basilica in reparatione sui indigeat. Quod si ipse aut languore detentus, aut aliis occupationibus implicatus id exple nequieuerit; presbyteros probabiles aut diaconos mittat, qui reductus basilicarum, & reparationes & ministrantium vitam inquirant.

Idem seuerè vult Concilium Aquileiense.

§. 4. Tam necessaria iudicata est visitatio, ut neminem canones exceptum velint, omnes exemptiones, tergiversationes, appellationes præciderint. Ita Tridentinum Sess. 24. c. 8. & sequentibus. Ius illud ad omnia monasteria extenditur, si modo à suis prælatis non visitentur. Ita & vetus ius, 18. q. 2. c. 28. Nec præscriptio admittitur vtrius Conc. Rauennate 2. sub Clemente 5. rub. 8. Item statuimus, & auctoritate eiusdem Concilii prohibemus: quod nulli religiosi, vel seculares predictæ provincie Reuennat. pretextu, seu occasione lapsus temporis, desuetudinis, vel præscriptionis, suis ordinariis, & prælatis visitantibus, seu visitare volentibus repugnare, contradicere audeant, vel præsumant: alioquin præter penas à iure statutas in personas contradicentium, & eisdem scienter facientium, excommunicationis; in Ecclesias vero interdicti sententias, auctoritate præsentis Concilii proferimus.

Merito; omnis enim anima subdita debet esse potestatis, nec quicquam magis infringit Ecclesiæ mores, quam exemptiones. Omnes vero Episcopi iure communi post Concilium Tridentinum sunt legati pontifici quoad visitationem, ita omnia constituta, conuentiones, ordinationes contra hoc visitandi, corrigendi, puniendi ius, quocunque modo illicitæ sunt, nec admittere, nec exigere possunt, & si factæ sunt vtriusque remitti debent, quia sunt colligationes impietatis, quibus impunita licentia quaeritur. Consultatur & Concil. Trident. sess. 14. c. 2. Imo Episcopum negligentem Synodus excitare debet.

§. 5. Visitacionis incommoda sunt, nimius rigor, & sumptus eorum qui visitantur. Ad vtriusque quod attinet, Rigorem misericordia temperatum requirit Concilium Tridentinum, & sumptuum moderationem.

Sess. 24. c. 3. Visitacionum autem omnium istarum precipuus sit scopus, sanam, orthodoxamque doctrinam, expulsis heresibus, inducere, bonos mores tuere, prauos corrumpere: populum cohortationibus, & admonitionibus ad religionem, pacem, innocentiamque accendere: cetera prout locus, tempus & occasio feret, ex visitantium prudentia ad fidelium fructum constituere. Quæ ut facilius, feliciusque succedant: monentur predicti omnes, & singuli, ad quos visitatio, ut paterna caritate, Christianoque zelo omnes amplectantur: ideoque modesto contenti equitatu, famulatuque, studeant quam celerrime debita tamen cum diligentia, visitationem ipsam absolueri. Interimque caueant, ne inutilibus cuiquæ graues, onerosæque sint: neque ipsi, aut quisquam suorum, quidquam procuracionis causa pro visitatione etiam testamentorum ad pios vsus præter id quod ex relictis piis iure debetur, aut alio quouis nomine, nec pecuniam, nec munus, quodcumque sit, etiam qualitercunque offeratur, accipiant non obstante quacunque consuetudine etiam immemorabili: exceptis tantum victualibus, quæ sibi ac suis frugaliter, moderateque pro temporis tantum necessitate, & non ultra erunt ministranda.

De sumptu etiam cautum est, multis canonibus. Valentianum Concilium sub Leone 4. c. 17. Vt ipsa visitatio plebium, & parochialium sacerdotum, tam modera-

te, & quantum fieri potest iuxta canonicam institutionem fiat, ut manifestum sit, siue per nos, siue per nostros, sola ibi animarum lucra perquiri, nec aliquem importunitate, & nimietate grauari, & contristari, ne verbum Domini, & doctrina blasphemetur. Placet firmatum. Particulatim autem expressum contra sumptus in Lateran. Concil. sub Alexandro 3. c. 4. Cum Apostolus se & suos propriis manibus decreuerit exhibendos, ut locum predicandi auferret Pseudoapostolis, & illis, quibus predicabat, non existeret onerosus: graue nimis, & emendatione fore dignum dignoscitur, quod quidam fratrum, & coepiscoporum nostrorum ita graues in procuracionibus suis subditis existunt, ut pro huiusmodi causa inter dū ornamēta Ecclesiastica subditi compellantur exponere, & longi temporis victum brevis hora cōsumat. Quocirca statuimus, quod Archiepiscopi parochias visitantes, pro diuersitate prouinciarum, & facultatibus Ecclesiæ, rum, quadraginta, vel quinquaginta euectionis numerum non excedant: Cardinales vero, viginti quinque, non excedant: Episcopi, viginti, vel triginta nequaquā excedant, Archidiaconi, quinque, aut septem: Decani constituti sub ipsi duobus equis, existant contenti. Nec cum canibus venatoriis, & auibus proficiantur: sed ita procedant, ut non quæ sunt sua, sed quæ Iesu Christi, querere videantur, nec sumptuosas epulas querant, sed cum gratiarum actione recipiant quod honeste, & competenter fuerit illis ministratum. Prohibemus etiam, ne subditos suos tallis, & exactionibus Episcopi grauare præsumant.

Quod de epulis dictum est, etiam monetur ea de re Episcopus Vigilentis ab Alexandro. Nihilominus (in appendice Lateran.) necessaria permittuntur. Cum sit Romana Ecclesia, cui licet immeriti præsidemus, mater Ecclesiarum omnium & magistra: cogimur ex debito suscepti honoris & regimini, prout Dominus nobis dederit, respondere cōsultationibus singulorum, ut dubia quæstiones, Apostolica sedis providentia enodentur. Quæ si uisit aut frater Episcopo, tunc fratemitati rescribi, vtrum pro Ecclesiarum consecratione quicquæ præter procuracionem moderatam habere debeas, cum Apostolus dicat, nemo cogitur suis stipendiis militare, ab eadem Ecclesia exigere potes. Sumptuaria etiam leges factæ sunt pro ipsis monasteriis in Conc. Salsburg. sub Frederico Archiepiscopo, tempore Martini 4. ita ait: item ne monasteria, immoderatis visitatorum sumptibus grauitè onerentur, statuimus, ut quilibet Abbas, qui pro tempore visitator fuerit, vel etiam capitulum generale accesserit, octo euectionum numerum non excedat: inferiores vero Abbates paucioribus sint contenti.

Quomodo enim ieiunium, & poenitentiam prædicabunt, si splendore & deliciis aliena monasteria grauanti? Non enim cogenda pietas, sed suadenda. Nec sperandum est, ut inter Abbatum luculenta cōuiuia, fratribus maneat ætæ paupertatis, & ieiuniorum amor, domestico prælatorum exemplo concussus. Tota res à Tridentinis patribus est definita: Sess. 24. c. 3. quo lectorem remitto.

De muneribus iam ante cauerat Concil. Lugdunense sub Gregorio 10. c. 24. & censibus & procuracionibus. Sed omnia magis restrinxerunt Concilium Mediolanense 5. & Aquileiense.

§. 6. Visitator ipse sit forma vitæ Christianæ, deinde familiam suam prius visite, ordinesque. Aurea sunt monita Concil. Aquileiense. Cum ad visitationem egredi Episcopus animum induxerit, parumper se ipsum colligat, ac medietur projectionis suæ causam: si enim cogitatione perspexerit, se aliorum vitam, mores, actiones examinandas suscipere, ut corrigat, emendet, restituat: certe ipse satis intelliget, a domo, & familia sua visitationem instituendam, cuius exemplo vel tacitus predicabit reliquis Christianas virtutes: ut si domum, & familiam non bene compositam, orio, & leuitate diffusentem pro negligentia aliis præbuerit videndam; fructum vniuersæ visitacionis perdidit. Quod licet videatur simplici quodam sermonis contextu propositum, ad duo tamen, quæ maxima sunt, in hoc genere pertinebunt.

Primum est, ut talem se forma vitæ, famulatus, & familia modesta

Mores emendandi in visitatione, sumptus temperandi.

Moribus ostendat visitator virtutem, quæ docet.

Qui suorum domesticorum curam non habet, est infideli deterior.

modestia Episcopus praebeat, qualem habere populus exemplaris ad imitandum propositi loco possit.

Iterum, iterumque Episcopus castitatem, modestiam, pietatem, omnes Christianas virtutes indicat, praedicat, inculcat, in domo vitia vigeant, petuntur, laetitia, lascivia, remeritas: quod si suos correxerit, ac bene composuerit, omnes in Dei opere adiutores habebit.

Detestanda est igitur quorundam visitatorum malitia, qui ipsi avari, ebriosi, in populo, & clero nihil emendant, satis arbitrati si nummos corrogent. Sed si sal infatuatum fuerit, in quo salietur?

CAPVT XV.

Ratio visitationis in Concilio Mediolanensi 4. praescripta.

Visitatio tollat comensationem, non adferat.
§. 1. **L**VCRA aut comensationem in visitatione tur animarum ad diuinam gloriam scopus est visitationis. Mirum est haec in Ecclesiam vitia irrupisse, insigne specimen est, ex Concilio Tol. & 4. siue ex Triburienti 10. q. 1. c. 9.

Visitatio medicina est.
Verum parum est vitia visitantium abesse, nisi corrigantur mores cleri, & plebis; Medicus enim vt bonus censetur, haud satis est, vt sit ipse sanus, sed opus est in super, vt sanet agrotum. Multis modis visitatio à Concilio Mediolanensi 4. describitur, habitum est illud à S. Carolo Archiepiscopo tempore Gregor. 13. anno 1573. Hanc reddere opera precium duxi, vt praefules ad eum modum, demptis, additis, mutatis pro temporum, locorum, negotiorum varietate quibusdam, suis diæcesibus accommodat. ordo visitationis ille est.

Episcopus per se annue visitet, si fieri potest.
§. 2. Necessarium illud ac plane debitum visitandi munus, quod ex sanctione Tridentina praestari oportet, prouincia nostra Episcopi, ita solite exequantur, vt sua quique vrbes ac diæcesis visitationem singulis ipsis annis, aut si per diæcesis amplitudinem non possunt, biennio ad summum ipsi per se conficiant. Si vero legitima occupatione, causaue impedit, id muneris aliquando per se ipsos obire nequeunt. Vicarios generales, visitatoresque alios, huius rei vsu peritos atque idoneos adhibeant, qui visitationis officium sedulo, vt par est, praescripto tempore exequantur.

Canonicos adiutores habebunt.
Cum vero visitationis munus ipsi per se obeunt, vel vnum, vel duos canonicos, vel alios quoscumque homines Ecclesiasticos, quos vsui & adiumento sibi fore viderint, prout maluerint, secum in ea visitandi cura adhibeant.

Homines 10. iumenta 7. habere poterit, ita vt ipse sit decimus.
Ne deinceps plures quam homines decem, & iumenta septem ad summum secum in visitando ducant, supputata hoc numero Episcopi etiam persona, ac illius Ecclesiastici viri, quæ ex huius Concilii decreto Episcopus quisque aliquando praemitet: suis tamen propriis sumptibus licebit eis plures conducere. At vero, qui Episcopis gradu inferiores sunt, in visitatione non ge pauciores homines, & iumenta adhibeant.

Hocque decreto derogatum sit alteri, in Concilio primo prouinciali edito.

Mensa sit modesta, frugalis.
Laiorum hospitia, eoque magis conuiuia, vt maxime possunt, omnes fugiant; sin autem ad illos diuertere aliquando necesse erit, cum cetera seruent, tum imprimis caueant, vt ne extra mensa Episcopalis & clericalis modum, regulaeque in visitatione praescriptas, quicquam omnino ab hospitibus apparatur, apponaturque.

Notarii munera ne accipiant.
Notarius autem cancellariusue, ne quicquam pro visitatione ab iis qui visitantur, vilo quouis nomine exigat, neque vllam doni, etiam pusilli quocumque modo oblata, genus accipiat, ac ne item pro decretorum, ordinationumue in visitatione confectarum actione vel conscriptione, earumue exemplo, etiam singulis vel Ecclesiis, vel clericis, vel aliis qui visitantur, iussu visitantis edito. At pro opera laborumque, quem alterius, cuius interest, illarum exempla alio deinceps tempore perentis,

causa in iis exscribendis posuerit, mercedem capiat, licet, pro taxa in foro Episcopali praefixa aut praefigenda ratione.

Episcopi, qui ceteris omni bene sanctaeque agendi exemplo praere debent, antequam cleri populique visitationem ineant, a se suaque familia visitandi initium vtiliter facient, quo reliqui omnes domestice illius visitationis actione executioneque incitati, pastora in iussa qua ipsi visitando praescripserint, promptius ac studiosius exequantur.

Diligentiam vero omnem visitando adhibeant, non modo in Ecclesiarum cultu & ornamento tuendo, augendo, sed maxime in omni & cleri & populi pristina Christiana disciplina restituenda; in vtriusque item moribus cognoscendis, infirmisque deprauatis corrigendis. In eaque vel visitatione, vel morum correctione etiam tanquam sedis Apostolicae delegati, auctoritate Tridentini Concilii statuunt, moderentur, puniant, & exequantur ad sacrorum canonum praescriptum, quacumque illis ex prudentia sua pro subditorum emendatione, & diæcesis sua vilitate necessaria videbuntur. In iis, neque vlla inhibito, appellatio, aliudne quicquam impediatur, aut retardetur executionem eorum, qua ipsi mandarint, aut iudicauerint, decreuerintque.

CAPVT XVI.

Clericorum delicta seuerius puniendae quam Laiorum.

Clerici grauius puniendi.
§. 1. **V**ISITATIO duo proposita habet; nempe corrigere peccata commissa, & prauertere secutura, nunc de correctione seu pena dicendum est, quam in peccatis Clericorum esse grauiorem oportet.

Neque obstat canon 77. Concilii Niceni, in quo Episcopus deprehensus in adulterio deponitur in perpetuum, non tamē communione priuatur, quod etiam can. 25. Apostolorum statuitur. Causa adscribitur, quia non est eadem ratio peccati sacerdotis, & laici. Non enim leuius peccatum sacerdotis dicitur, sed diuersa spectatur ratio, si penam spectes; Nam officio & dignitate in aeternum priuari Episcopum, magna pena est, idcirco ea contenti canonem fuisse, vt docet S. Basilus, excommunicatio Laiorum poenitentiam requirit, qua peracta in ordinem suum foecietati Ecclesiae restituitur. At Clerici si in adulterio deprehensi fuerint, reparari non possunt, distinct. 51. si quis Clericus. Si igitur rem spectemus grauior est pena clericis, quia perpetua; Laici temporaria; ita quoque in Concilio Romano I. in causa Lapsorum à Cornelio habito. Constitutum enim est, vt sacerdotes praeterea poenitentia, & satisfactione, ad Ecclesiam recipiantur, sed omnino functionibus sacerdotilibus abstineant.

Cyprianus Epist. 67. & Epistola 52. Nam & de Trophimo, de quo tibi desiderasti, non ita res est, vt ad te perulit rumor, & mendacium malignorum. Nam sicut antecessores Trophimus nostri saepe fecerunt, colligendis fratribus nostris, carissimus quamuis frater noster Cornelius necessitati succubuit: & quoniam cum Trophimo pars maxima plebis abscesserat, redeunte nunc ad Ecclesiam Trophimo, & satisfaciente, & poenitentia deprecationis errorem pristinum consistente, & fraternitatem, restituit. quam nuper abstraxerat, cum plena humilitate & satisfactione reuocante, audita sunt preces eius; & in Ecclesiam Domini non tam Trophimus, quam maximus fratrium numerus, qui cum Trophimo fuerat, admissus est: qui omnes regressuri ad Ecclesiam non essent, nisi cum Trophimo comitante venissent. Tractatu ergo illic cum Collegis plurimis habito: susceptus est Trophimus, pro quo satisfaciebat fratrium reditus, & restituta multorum salus: sic tamen admissus est Trophimus, vt Laicus communicet; non secundum quod

Summum ius visitantis est.

Clerici grauius puniendi.

Perpetua excommunicatio grauius puniendi.